



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt LXXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Basilica, collegium à Roberto Frisio Flandriæ Comite anno 1073. institutum. vt Meijerus & Marchantius testantur.

CAPUT LXXIII.

BURGENSE COLLEGIUM METROPOLITANUM in Hispania.

BURGI vulgò *Burgos* vrbs est Archiepiscopalis Hispaniæ, caput regni Castellæ veteris. huius Episcopatus ac collegij ista fuerunt initia ac processus. Auscensis sedes Episcopalis anno 1074. ad opidum *Gamonal* translata est. Anno 1075. Alphonfus VI. Hispaniarum Rex, Ferdinãdi magni filius, vrbe Burgensi iam ædificata, ad eius ampliatiõnem Auscensem Ecclesiam inde Burgos transtulit, Urbano II. Pontifice confirmante, qui eam ipsam ab omni iure Metropolitano exemit, cū antea Tarraconensi Archiepiscopo subdita, fuisset, & Romanæ sedi immediatè subiecit. Philippo II. Rege demum flagitante, Archiepiscopali hæc sedes dignitate aucta est à Gregorio XIII. attributis illi Suffraganeis duobus, Pompelonensi & Calagurritano. Sic G. Loaisa in notis ad concilium Lucense. Sed exactis illius Ecclesiæ ad urbem missis accepimus Burgensi Archiepiscopo tres esse suffragandos, Pompelonensem Calagurritanum, & Palentinum. In Diocesi porrò Burgensi sunt tredecim Ecclesiæ collegiatæ Canoniorum;
in Me-

in Metropolitana autem sunt XLIV. canonicatus, præter Decanatum. de Burgensis urbis fundatore vide Marianam libro octauo capite secundo Rerum Hispaniæ.

CATHEDRALE COLLEGIVM CALAGURRITANVM in diœcesi Burgensi.

CALAGVRRIS siue Calaguris, hodie *Galahoria*, in ripa Ebri Fluminis (teste Ambrosio Morali) sita M. Fabio Quintiliano, & Prudentio ciuibus gloriatur: habetque duas sedes Cathedrales, nimirum *Calagurrim*, & *Sanctum Dominicum de la Calcada*, & duas Basilicas collegiatas. *Locronium* & *Victoriam*, Calagurritanus Episcopus olim Tarraconensi postea Cæsar augustano hodie Burgensi est suffraganeus decreto Gregorij XIII.

CAPVT LXXXIV.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM HUYENSE, ad Mosam Fluumium, in diœcesi Leodiensi.

VVAZONE Episcopo Leodiensi defuncto, Theoduinus in Episcopatu est successuriatus, teste Sigeberto Gemblacensi in Chronico. Huic Stephanus IX. Papa, Gothelonis Lotharingiæ Ducis filius, & olim Basilicæ S. Lamberti Leodij Canonicus, *superhumeralè* Gemmis & vnionibus ornatum in humeris deferendum transmisit; vt Ioannes Pla-